UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

Caput 5.
h. Iouinum lege ex Renato Profuturo Frigerido ap. Greg ibid. illius enim hæc verba ſunt.

EODEM tempore *h* IOVINIANVS ornatus regios aſſumpſit. Conſtantinus fugam vertens Italiam dirigit miſſis à Iouino principe obuiam præcurſoribus ſuper Mintio flumine capite trūcatur. Multi nobilium iuſſu Iouiniani apud Aruernas capti & à ducibus Honorij crudeliter perempti ſunt.

Caput 6.
Vide Aimoin. 1, cap. 3.

TREuerorum ciuitas factione vnius ex ſenatoribus, cui nomen Lucius, à Francis capta & incenſa eſt. Cum *A*uitus Imperator eſſet luxuriæ deditus, & iſte Lucius habens mulierem pulcherrimam cunctarum, fingit ſe *A*uitus ob infirmitatem corporis lectum deprimere, iuſſa ad omnes ſenatrices vt eum viſitarent miſit. Cumq; vxor veniſſet Lucij, viq; ab *A*uito oppreſſa fuiſſet, in craſtino ſurgens de ſtrato Auitus dixit ad Lucium, Pulchras thermas habes & frigida lauas. Hæc indignante Lucio, ſua factione direpta eſt ciuitas & incenſa à Francis.

Caput 7.
† Pæne eadem verba Oroſius ap. Greg. ib. ſed de Stilicone.

CASTINVS domeſticorum Comes expeditionem accepit contra Francos, eosque proterit, Rehum tranſit, Gallias peruagatur, vſque ad Pirenæos montes peruenit.

Caput. 8.
† ap. Greg Theodomenen:

i. al. Aſobamgim. Greg. Diſpargum.

FRANCI electumà ſeregem, ſicut prius fuerat crinitum inquirentes diligenter ex genere *P*riami, Frigæ & Francionis, ſuper ſe creant nomine * Theudemerum filium Richimeris qui in hoc prælio, quod ſupra memini, à Romanis interfectus eſt. *S*ubſtituitur filius eius Chlodoueus in regno, vtiliſſimus vir in gente ſua qui apud *i* Heſpurgem caſtrum reſidebat, quod eſt in termino Thoringorum. Burgundiones quoq; Arianorum ſecta vteban-

vtebantur ſedentes in ciſalpinis. * Chlodoueus miſſis explorat oribus ad vrbem Camaracum, perluſtrãs omnia ipſe ſequitur, Romanos proterit, ciuitatem capit; vſq; Suminam fluuium omnia occupauit. Hæc generatio fanaticis vſibus culta fertur. Super littore maris æſtatis tempore Chlodoueo cum vxore reſidente, meridie vxor eius ad mare lauatum vadẽs terretur beſtia Neptuni, qui Minotauro ſimilis eam adpetiſſet. Cumq; continuò aut beſtia aut à viro fuiſſet concepta, peperit filium nomine Meroueum: propter quod reges Francorum poſt vocantur k Merolingi.

al. Clodeo. ap. Greg. Tur. Chlogio.

k. al. Meroni-gi.

Caput. 9

AVitus l Imperator luxurioſus: Apud Placentiam vrbem Epiſcopus ordinatur, & poſtea ad Baſilicam ſancti Iuliani fugiens vitam amiſit.

l. Vide Baron. tom. 6 an 456 3. & Greg. Tur. 2 cap. 11.

Caput 10.

CHILdericus vero filius Merouei cùm ſucceſſiſſet patri in regno, nimia luxuria diſſolutus, filias Frãcorum ſtupro tradidit. Illi vero ob hoc indignantes eum de regno eijciunt. VVinomadus Francus fideliſſimus cæteris Childerico, qui eum cum à Hunis cum matre captiuus duceretur, fugaciter liberauerat. Hoc euentu aureum cum Childerico diuidens, dum cerneret, quod Franci interficere eum conarentur, dixit ei, Fuge in Thoringiam latita aliquantum ibi: ſi potuero, tibi Francos placare, iſtum aureum medium tibi ad ſignum dirigo: & ſi non potuero, vbicunq; aggreſſus fueris, mihi notam facias viam tuam. Quando quidem potuero, & iſtam partem tibi direxero, parteſq; coniunctę vnum effecerint ſolidum, tunc ſecurus patriam repedabis. Childericus habitans in Thoringia apud regem Byſinum vxoremq; eius nomine Baſinam latuit. Franci tum Ægidium vnanimiter regem adſciſcunt; VVinomadum amicum Childerici ſubregulum ab Ægydio Franci inſtituerunt:

Eadem Aimo. in lib. 1. cap 7. Greg. 2 cap. 12